

ANALEKTEN.

1.

Neue Texte zur Geschichte des apostolischen Symbols.

Herausgegeben

von

A. E. Burn B. D.,

Rector of Kynnersley, Wellington, Salop.

V¹.

Ordo de catechizandis rudibus.

Der nachstehende Ordo, der hier zum ersten Male veröffentlicht wird, ist von mehr als einem Gesichtspunkte aus interessant. Es ist bekannt, daß er in drei Formen existiert, von denen die älteste in zwei Manuskripten in München (Cod. Monac. lat. 6325 saec. IX, 6324 saec. X) enthalten ist, die zweite in einem Manuskript in Wien (Cod. Vindob. 1370 saec. X), die dritte in einem solchen in Rouen (Cod. A. 214, saec. XI/XII). Alle diese drei Formen enthalten einige Fragmente des Niceta von Remesiana, aber die zweite und dritte enthalten mehr als die erste. Die erste bietet das besondere Interesse, daß sie eine Liste von Lehrern der Kirche enthält, worin der Name des Niceta zwischen Hilarius und Hieronymus erscheint.

Der Ordo ist in seiner ältesten Form auch dadurch interessant, daß er sich deutlich als Antwort darstellt, die ein Bischof auf die Fragen gibt, welche Karl der Große 812 in einem Rundschreiben an die Metropolitane seines Reiches richtete. Da die Münchener Manuskripte aus Freising stammen und der Bischof

1) Vgl. I im 19. Band, II und III im 21. Band, IV im 23. Band.

von Freising ein Suffragan des Erzbischofs von Salzburg war, so dürfen wir mit einiger Wahrscheinlichkeit mutmaßen, daß der Ordo die Antwort des Arno von Salzburg repräsentiert.

Dr. F. Wiegand wirft in seiner Edition der Antwort des Odilbert von Mailand¹ die Frage auf, ob der Ordo (in der Wiener Rezension) wohl zu der Serie dieser Antworten gehöre. So wird es wichtig sein, daß die älteste Form ediert wird, zumal auch um deswillen, weil sie sich von der zweiten unterscheidet durch Auslassung einer Reihe von Zitaten aus Alkuin und auch durch Auslassung des Sermons über das Symbol, der F. Kattenbusch² zu der Vermutung veranlaßte, daß der Ordo die Antwort des Johannes von Arles an Karl sein möchte. Der Sermon selbst ist interessant, aber bereits von Caspari³ herausgegeben. Die anderen Zusätze, die die spätere Form bietet, sind weniger bedeutsam, und so scheint es nicht nötig, mehr hier mitzuteilen, als die älteste Form, obwohl ich das gesamte handschriftliche Material bieten könnte.

Der Stil des Ordo ist einfach und verständlich. Der Verfasser strebt nicht nach Originalität. Ich habe es für überflüssig gehalten, die Fehler des Manuskriptes hervorzuheben.

Ordo de catechizandis rudibus uel quid sint singula quae
geruntur in sacramento baptismatis.

Primo ergo in catechizandis rudibus apostolicum oportet in-
tueri sermonem quem dixit: Omnia uestra honeste et cum
ordine fiant⁴. Quod summa est diligentia providendum ut
ordinate fiat nostrae praedicationis officium et baptismi sacra-
mentum. Hunc igitur ordinem Dominus ipse disposuit discipulis
suis dicens: Ite docete omnes gentes baptizantes eos
in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti⁵. Quod
beatus Hieronimus in commentario Matthaei ita exposuit
dicens: „Primum ergo docent, deinde doctos intingunt aqua. Non
enim potest fieri ut corpus antea percipiat baptismi sacramentum
nisi ante anima fidei suscipiet ueritatem. Baptizantur in nomine
Patris et Filii et Spiritus sancti ut quorum una est diuinitas
sit una largitio. Nomenque trinitatis unus est Deus: docentes
eos seruare omnia quaecumque mandauimus uobis. Ordo
praecipuus. Iussit apostolis ut primum docerent uniuersas gentes,
Deinde fidei intinguerent sacramento, et post fidem ac baptisma

1) Studien zur Gesch. der Theol. u. Kirche IV, 1 (Leipzig 1899), S. 9, Anm. 1.

2) Das apostol. Symbol I (1894), S. 210.

3) Alte u. neue Quellen zur Gesch. des Taufsymbols, 1879, S. 282 ff.

4) 1 Kor. 14, 40. 5) Matth. 28, 19.

aquae essent obseruanda praeciperent“¹. Ille igitur ordo in do-
 cendo uirum aetate perfectum diligenter ut arbitror obseruandus
 est, quem beatus Augustinus ordinauit in libro de catechi-
 zandis rudibus: „Primo instruendus est homo de animae immor-
 talitate, de uita futura, de retributione bonorum operum atque
 malorum. Postea pro quibus peccatis et sceleribus poenas cum
 diabolo patiatur aeternas, et pro quibus bonis uel benefactis gloria
 cum Christo fruatur aeterna. Deinde fides sanctae trinitatis dili-
 gentissime docenda est, et aduentus pro salute humani generis
 filii Dei Domini nostri Iesu Christi in hunc mundum exponen-
 dus, et de mysterio passionis illius, et de ueritate resurrectionis eius
 et de gloria ascensionis illius in caelos et de futuro eius aduentu
 ad iudicandas omnes gentes et de resurrectione corporum et de
 aeterna uita bonorum atque malorum. In talibusque rebus et
 his similibus de fide catholica mens nouella firmanda est; hac
 quoque fide roboratus homo et praeparatus baptizandus est“².
 Niceta in libro primo ad competentes: „Instinctiones
 igitur necessarias ad fidem currentibus opus est explorare, quas
 et rusticae animae possint aduertere pariter et tenere, non ex
 proprio ingenio compositos, sed ex diuinarum scripturarum praedi-
 catione collectas quibus edocentur ad baptismum electi ut quid
 dimiserint sciant et quid desiderant magis intellegant et quid
 accepturi sint uel quid obseruare delectant certius recognoscant,
 quia magnum est quod inchoant grande est quod desiderant, siue
 Deus inspirauit siue homo commonuit et suasit.“ In libro Cle-
 mentis secundo Petrus: „Nam si mandatis habemus ut uenientes
 ad ciuitatem discamus prius quis in ea dignus sit ut apud eam
 cibum sumamus, quanto magis conuenit noscere quis qualisue sit
 is cui immortalitatis uerba credenda sunt. Solliciti enim et ualde
 solliciti esse debemus ne margaritas nostras mittamus ante porcos“. Isidorus in libro officiorum: „Catechumini sunt qui primum
 de gentilitate ueniunt ad ecclesiam habentes uoluntatem credendi
 in Christum ut unum agnoscant Deum, relinquunt errores uarios
 idolorum“. Idem in libro aethimologiarum: „Catechuminus
 dictus pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit nec tamen bap-
 tismum recepit, nam catechumenus graece latine auditor inter-
 pretatur; competens uocatur quia post instructionem fidei competit
 gratiam Christi, inde a petendo competentes uocati sunt“.

De scrutinio. Scrutinium ergo explorationem siue examina-
 tionem dictum arbitramur quia necesse est ut post doctrinam et
 instructionem quam audit exploretur saepius qualiter memoriae
 teneat uel intellegeat, quod audierat aut qua intentione quod audit
 diligit. Nunc fient scrutinia ut exploretur saepius quam firmiter

1) Comm. in Matt. ad loc. 2) de catech. rud. c.

post renuntiationem Sathanae sacra uerba datae fidei radicitus corde adfixerit. Instructus igitur et enutritus ad fidem Christi catechumenus iam ad exorcizandum ducatur ut diabolo repudium dicat ac dignum se diuinae gratiae praepararet. Non enim potest antea particeps esse gratiae spiritalis antequam ex corde spurcitas eici et diabolo et idolicas respuet falsitates.

De abrenuntiatione: Abrenuntio, abnuo, abnego uel ab dico, respuo, expello, eicio, refuto, repudium dico ut nos intellegimus dici potest. Niceta in libro V. ad competentes: „Non enim ante ad confessionem uenitur nisi prius diabolo fuerit renuntiatum; sicut nec aurilicus ante aurum mittit in saeculum nisi prius terram uel humum lauerit uniuersam; ideo oportet prius repudium dicere diabolicae uanitati et amara eius studia abrenuntiendo proicere. Abrenuntiare autem oportet non nudo sermone neque solis labiis sed fide fortissima et indubitata conscientia, id est ut Christo se homo tota animi uirtute committat confidens quia Christi factus desinet timere diabolum. Deinde abrenuntiet et operibus eius malignis id est culturis et idolis, sortibus et auguriis, pompis et theatris, furtibus et fraudibus, homicidiis et fornicationibus, irae, auaritiae, superbiae et iactantiae, comessionibus et ebrietatibus, cleris (?) atque mendaciis, et his similibus malis. Quid dicimus de his qui superfluo carnis ornatu se iactare uolunt, et uideri mirabiles. Taceo de exquisitis inutiliter uestimentorum subtilitatibus. Oro nos quid faciunt capilli aquo crispati comae uetro quid est cernicem cooperientes ante autem frontem penitus abscondentes. Ita ut nec signo Christi locus liber relinquatur in fronte, et unde se putat aliquam habere gloriam uel decorem inde turpitudinem et ignominiam contrahit. Similiter et mulieres caput ligantes ut scutum ut frons tamquam uallis inter duos subsidit colles, aut de auribus pondera capillorum auro ligata dependeant, ut brachia onerentur auro ut cernicem premant catenae et in pedibus sanguineae pro calciamentis flammulae rutilent. Quis usus in his? Quae utilitas inuenitur? Nisi sola inanis pompa et mens infantili desiderio corrupta.“ Item in libro secundo. „Certe omne peccatum sine daemonis operatione non sit quae omnia opera diaboli uel pompis eius esse intellegimus. His ergo malis se homo expediens has catenas post dorsum suum quasi in faciem proiciens inimici iam sincera uoce pronuntiet: Credo in Deum Patrem omnipotentem et reliqua. De fide enim sicut in eodem simbolo continetur pleniter ad fidem quisque uel ad baptisma peruenire desiderans instruendus est pariter et docendus, ut breuitatem symboli in corde memoriter teneat quod cotidie dicat apud semel ipsum antequam dormiat cum de somno surrexerit, quod omnibus horis in mente habeat, similiter et orationem dominicam atque signaculum quo

se contra diabolum muniat.“ Postea uero dicendum est breuiter qualiter ipsum symbolum intellegere ualeat. Sicut et sanctae Dei ecclesiae tractauerunt doctores, beatus scilicet Athanasius, Hilarius, Niceta, Hieronimus, Ambrosius, Augustinus, Gennadius, Fulgentius, Isidorus, et ceteri; uel sicut uenerabiles magistri et antecessores nostri nos docuerunt.

De symbulo Augustinus ait: „Symbolum regula fidei dicitur uel breuis et apta fidei comprehensio“. Hieronimus: „Symbolum graece, latine conlatio aut pactum, uel complacitum hominis cum Deo“. Isidorus: „Symbolum enim graece et indicium dici potest et conlatio, hoc est quod plures in unum conferunt. Est autem symbolum signum per quod agnoscitur Deus, quodque credentes proinde accipiant ut nouerint qualiter contra diabolum fidei certamina praeparant.“

Cur catechumenus exsufflatur? Isidorus in libro Aethimologiarum VIII: „Exorciste ex graeco in latinum adiurantes siue increpantes uocantur. Inuocant enim super catechumenos uel super eos qui habent spiritum minandum nomen Domini Iesu adiurantes per eum ut recedat (?) ab eis. Unde sciendum est quod non creatura Dei in infantibus exorcizatur aut exsufflatus in eis sed ille sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum.“

Cur catechuminus accipit sal? Beda in homelia Exiens Iesus de finibus Tyri: „Accipit catechumenus sal ut corpus suum et animam a uitiiis emundando per sal quod dulcedinem sapientiae designat ac per amorem sancti spiritus Deo consecretur; quia nullum opus bonum est quod non sal sapientiae ab omni corruptione pristinae iniquitatis a ceterisque prauis cogitationibus emundat.“

De tactu narium et aurium. Beda in homelia Exiens Iesus de finibus Tyri: „Per tactum narium agitur ut abiectis dilectionibus prauis et noxiis solum Christi semper amplectantur odorem, de quo dicit apostolus Christi: Bonus odor sumus Deo in omni loco. Et ut meminerint se iuxta exemplum beati Iob donec superest alitur eis et spiritus Dei in naribus eorum non loqui iniquitatem nec lingua mendatium meditari debere. Porro per tactum aurium agitur ut relicto audita linguae nequam audiant uerba Christi et faciant ea.“

Pectus quoque eodem perungitur oleo ut signo sanctae crucis diabolo claudatur ingressus. Sequantur et scapulae ut undique muniatur. Item in pectoris et scapularum unctione signatur fidei firmitas et operum bonorum perseuerantia.

De baptismo. Isidorus in libro Aethimologiarum: „Baptismum graece, latine intinctio interpretatur, quod ideo tinctio dicitur quia ibi homo spiritu gratiae in melius inmutatur et longe

aliud quam erat efficitur“. Augustinus in libro quarto [de baptismo]: „In infantibus gratia Dei omnipotentis implere credenda est quod in eis non ex inopia uoluntate sed ex aetatis indigentia qui nec corde credere ad iustitiam possunt nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum pro eis alii respondent ut impleatur erga eos celebratio sacramenti ualet ubique ad eorum consecrationem quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat non eadem ualet. Ex qua regula illud in euangelio dictum est quod omnis cum legitur naturaliter monet aetatem habet ipse pro se loquatur.“ Ita Augustinus in epistola ad Bonifacium episcopum de paruulis, requirentem inter cetera ut autem infans possit regenerari per officium uoluntatis alienae cum offertur consecrandus. Facit hoc unus spiritus ex quo regeneratur oblatus. Aqua igitur exhibet forinsecus sacramentum gratiae et spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae soluens uinculum culpae. Et sic in nomine sanctae trinitatis trina submersione baptizatur et recte homo quia ad imaginem est sanctae trinitatis conditus est per inuocationem sanctae trinitatis ad eandem renouatur imaginem et qui tertio gradu peccati id est consensu cecidit in mortem tertio eleuatur de fonte per gratiam Christi resurgat ad uitam.

Cur albis induitur uestimentis? Origenis in libro quinto tractatus in epistolam ad Romanos: „Quod sepulchrum nouum fuerit in quo sepultus est Iesus et quod in sindone munda obuolutus sit ut sciat omnis qui consepeliri uult Christo per baptismum. Nihil uetustatis post sepulchrum nouum. Nihil immunditiae ad mundam sindonem deferendum.“ Tunc sacro chrismate caput perungitur et mystico tegitur uelamine ut intellegat se diademam regis et sacerdotii dignitatem portare, iuxta apostolum: Vos estis genus regale offerentis uosmet Deo uiuo hostiam sanctam Deo placentem! ¹

Cur corpore et sanguine dominico confirmantur? Quia Dominus ait in euangelio discipulis suis: Nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis; qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet uitam aeternam, et resuscitabo ego eum in nouissimo die ².

De confirmatione Athanasius in lib. VIII de sancta trinitate: „Simili modo et omnes sancti in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti per inpositionem manuum sacerdotum Dei spiritum sanctum consecuti, ad antiquum restituuntur in quo erant ante praeuaricationem Adae“ ³. Nouissime per inpositionem manus

1) 1 Petr. 2, 5. 2) Joh. 6, 53. 54.

3) Not. Vig. Taps. de trin. IX tut (?) cf. XII.

a summo sacerdote septiformis gratiae spiritum accipit ut roboretur per spiritum sanctum ad praedicandum aliis qui fuit in baptismo per gratiam uitae donatur aeternae, ut se quisque custodiet per baptisma. Beda in homelia die sancto Theophaniae: „Sic ergo baptizatus Dominus mox ieiunium quadraginta dierum exercuit. Nos profecto docuit et suo infermauit exemplo ut post acceptam in baptismo remissionem peccatorum uigiliis, ieiuniis, orationibus, ceterisque spiritus fructibus operam demus, ne uobis torpentibus minus quam sollicitis incundus spiritus, qui de corde nostro in baptismo expulsus fuerat, redeat, et sic tempore oportuno saepius euangelica praecepta danda sunt per sedulae praedicationis officium donec aderescat in uirum perfectum et digna efficiatur Spiritui sancto habitatio et sit perfectus filius Dei in operibus misericordiae sicut Pater noster caelestis perfectus est.

2.

Zur Wittenberger Universitätsgeschichte.

Von

Otto Clemen (Zwickau).

In einem Inkunabelbände der Zwickauer Ratsschulbibliothek fand sich ein sehr flüchtig und schlecht geschriebener Zettel folgenden Inhalts:

Ordo lectionum

Die Lunae

6 pyndarum philip. eadem hora Ouidium Methamor. Magister Marcellus ¹.

1) Johannes Marcellus aus dem fränkischen Königsberg (Regiomontanus), Magister am 28. August 1534. Melchior Adamus, Vitae Germanorum Philosophorum, Francofurti ad Moenum 1705, p. 67ss. Jöcher, Gelehrtenlexikon III, 141. Loesche, Joh. Mathesius, Gotha 1895, I, 49f. Hartfelder, Melanchthoniana paedagogica, Leipzig 1892, S. 91. Haufsleiter, Aus der Schule Melanchthons, Greifswald 1897; derselbe, Melanchthon-Kompendium, Greifswald 1902, Reg. s. v. CR. passim. Marcellus besorgte die erste (vierbändige) Ausgabe der Scripta publice proposita 1554—1561 (Strobel, Neue Beyträge zur Litteratur besonders des 16. Jahrhunderts I 2 [1790], 84). In der Vorrede zu dem von ihm herausgegebenen ersten Bande der zweiten